

Barlaeo.

Non est aliud beneficii ^{genus} Barlaeo clarissime, quo me ^{Janua} devinias magis, quam si doctorem victorem amici-
tias lucrifeceris mihi. De Vossio rem fecisti gratissimam
poteras gratiore fecisse, si uti ab muneribus, consue-
tudo ista ne inchoaretur tempestive curasses. Quae illi
nunc gratias remitto, ita subdivisas oportuit, ut
altera ex parte liberalitati darentur soli in solidum
benevolentiae cessuras. Tu Te qui hunc impetum
frangi passus es, reparas sedes et compensas. Sentiatque
Vossius, ubi res rogatu meo ijs verborum officiis in-
tercedentem viderita, quas ~~an~~ a me largius expecta-
verit. Verba potius et fandi vim homini illiterato
defuisse, quam aut beneficii conscientiam, aut grati-
aniam impulsurum. Vale vir Amicissime. In
castris ad Grollam n^o Septis 1627.

C. Hugenijs.

Barlaeo.

Postquam excusationi locus non est, Barlaeo, neque tres
Quintiliani colorem inveniant impudenti silentio meo,
sufficiat culpam fateri simul ac deprecari. Inter
familiaris amicitiae leges est, lege non obstringi, lo-
quendi mutuo libertatem et silentii non posse, prout
e commodo, ^{sit} cuiusque aut libitum. Nisi hac praefatione
satisfactum tibi censes, ecce me confundi nimio
rigore, et in silentium agis infinitum. Videris tu
certe, ego haec missa facio et ad potiora me convertito.
Piscem quam vides ab Oldiswortho accepi. In ea
signum est annuli antiqui quem gestare ait Domi-
num suum, et habere in deliciis. In omni autem
Britannia, tam literatos oculos non reperiri, qui has
litteras legant, ne Seldenique viri, ex assertione
Heinsii mei, in cognitiones rei antiquariae stupendi
et incomparabilis. Itaque Athenas Batavas consultum
mittere, si forte minus noctuae Magistri nostri ad hanc
noctuanam, sub qua ΤΟ ΠΑΧΙΑΣΤΑ nemo non legimus
reliquoerum gloriam nemini invidemus. Tu pro captu
et professione singularum qua tripodis dignum hoc aenigma
sit. Erpenii Tu τοιάντα triste desiderium refricant, si
quis tamen illis, vel ex triente superstes haeres est, Spero
equidem fore ut Academice apud ceteros sua constet exci-
sionis tua quantum potes. Vale et me ama vir Doctis-
sime. Hagae 17^o Decembris 1627.

C. Hugenijs.

Barlaeo